magna reuerentia diſponis nos. Subeſt
enim tibi cum uolueris poſſe. Docuiſti autem
populum tuum per talia opera: quoniam oportet iu
ſtum eſſe et humanum. et bone ſpei feciſti fi
lios tuos. Quoniam iudicas dans locum in pecca
tis penitentie. Si enim inimicos ſeruorum
tuorum et debitos morti. cum tanta crucia
ſti attentione et liberaſti dans tempus et locum
per que poſſint mutari a malicia: cum quanta
diligentia iudicaſti filios tuos. quorum paren
tibus iuramenta et conuentiones dediſti bona
rum promiſſionum: Cum ergo nobis diſciplinam
das. inimicos noſtros multipliciter flagellas:
ut bonitatem tuam cogitemus iudicantes.
et cum de nobis iudicatur: ſperemus miſericordiam
tuam. Unde et illis qui in uita ſua inſen
ſate et iniuſte uixerunt: per hec que coluerunt
dediſti ſumma tormenta. Etenim in erro
ris uia diutius errauerunt. Deos eſtiman
tes hec que in ~~manibus~~ animalibus ſunt ſuperuacua.
infantium inſenſatorum more uiuentes.
Propter hoc tanquam pueris inſenſatis iudi
cium in deriſum dediſti. Qui autem ludi
briis et increpationibus non correpti ſunt:
dignum dei iudicium experti ſunt. In his enim
que patiebantur moleſte ferebant: in quibus
patientes indignabantur. Per hec quos pu
tabant deos in ipſis cum exterminarentur:
uidentes illum quem olim negabant ſe
noſſe. deum uerum agnouerunt. Propter
quod et finis condempnationis eorum ue
niet ſuper illos. Vani ſunt autem omnes
homines in quibus non ſubeſt ſcientia dei.
et de his que uidentur bona non potuerunt
intelligere eum qui eſt: neque operibus atten
dentes agnouerunt quis eſſet artifex: ſed
aut ignem aut ſpiritum. aut citatum aerem.
aut girum ſtellarum. aut nimiam aquam.
aut ſolem aut lunam. rectores orbis terrarum
deos putauerunt. ſciant quanto his dominator

[Margin: vel ſpetie delectati deos putauerunt]

[Margin: (id)olatriis]

[Margin: putauer.]

eorum ſpec[ioſi]or eſt. Speciei enim gene
rator: hec omnia conſtituit. Aut ſi uir
tutem et opera eorum mirati ſunt: intelli
gant ab his quoniam qui hec conſtituit.
fortior eſt illis. A magnitudine enim ſpe
ciei et creature cognoſcibiliter poterit
horum creator uideri. ſed tamen adhuc
in his minor eſt querela. Et hi enim for
taſſis errant: deum querentes et uolen
tes inuenire. Etenim cum in operibus
illius conuerſentur inquirunt. et perſuaſum
habent quoniam bona ſunt que uidentur.
Iterum autem nec his debet ignoſci. Si enim
tantum potuerunt ſcire ut poſſent eſti
mare ſeculum. quomodo huius dominum non
facilius in[ue]nerunt. Infelices autem
ſunt. et inter mortuos ſpes illorum eſt: hi autem
qui appellauerunt deos [o]pera manuum
hominum: aurum et argentum artis
inuentionem. et ſimilitudines anima
lium. aut lapidem inutilem opus manus
antique. Aut ſi quis artifex faber de ſil
ua lignum rectum ſecuerit. et huius
docte eradat omnem corticem. et arte ſua
uſus diligenter fabricet uas utile in
conuerſationem uite: reliquiis autem eius
operis ad preparationem eſce abutatur.
et reliquum horum quod ad nullum uſum
facit: lignum curuum et uerticibus
plenum ſculpat diligenter per uacuita
tem ſuam. et per ſcientiam artis ſue
figuret illud. et aſſimilet illud imagini
hominis: aut alicui ex animalibus illud
comparet. perliniens rubrica. et rubicun
dum faciens fuco colorem ipſius et omnem
maculam que in illo eſt perliniens ter
ram. faciat ei dignam habitationem:
in pariete ponens illud. et confirmans
ferro ne forte cadat proſpiciens illud.
ſciens quoniam non poteſt ſe adiuuare.

Fragmentarium

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/8, fol. [1] v – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-annb/6668/56334)